



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Qualiter accessus ad Monialium, Monasteria sit prohibitus, & sub qua
pœna. punct. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

§. IV

Quæ pœnæ impositæ sint ingredientibus monialium
clausuram.

S Y M M A R I V M.

- 1 Quid sacerdoti Trident.
 - 2 Quid Gregor. XIIII.
 - 3 Qua veniant intelligenda nomine monialis?
 - 4 Quid nomine dignitatis, & officiorum, quorum priuatis imponitur?
 - 5 Quas panas impostris Gregor. XIIII. Pralatis iniquè ingreditibus.

1. **V**ariæ pœnæ tum violentibus monialium clausuram, tum ad illius violationem cooperantibus impositæ sunt.

Primo imposita est à Trident. *sess. 25. cap. 5.* de Regularib.
excommunicato non resurget aduersus ingredientes monia-
lum monasteria sine Episcopi, vel superioris licentia in
scriptis obtenta. Quia excommunicatione ex parte perfornatum
generalis est, cum afficiat quolibet ingredientes cuiuscunq;
generis, condicione, sexus, vel aetas fuerit. Episcopos au-
tem, vel superiores monasterij non videbat afficeri; quia ipsi
non debent à se licentiam in scriptis obtinere. Debet item
hac licentia in scriptis obtenta legitima esse (hoc est non vi,
vel dolo imperata, neque ex falla causa) alias impote irrita,
& nullius effectus excommunicationem non impediat: si
late probat Sanch. *lib. 6. fum. x.16. num. 73.*

2. Deinde Gregor. XIII L in bulla incipiente, *vbi gratis, edita l'ibidu' Ianu anno 1575.* penam excommunicationis recessu impositu aduerteris monialium monasteria in gredientibus praetextu facultatis à sede Apostolica haec tenuis conceperis. Abbatis vero, nec non Abbatibus conuentus, ac aliis monasteriorum virtutis sexus superioribus, & personis quo-
cunque nomine vocatis, qui praetextu supradicti facultatis ingressum fouent, vel permitunt, ultra penam excommunicationis recessu imponitur priuariu dignitatum, beneficiorum suorum, ac inhabilitas ad illa, & alia in posterum obtinenda. Sed hi penis iam non est locus; cum nullus sit, qui praetextu facultatis à sede Apostolica ante Gregor. concessa, & ab ipso renovata, monasteria monialium ingredi-
tetur, vi benè nouata Suarez tom.5. de censor. disp.2. sett.6. num.14.
Quia de causa Greg. in eadem bulla subdicit, cisternam penam excommunicationis recessu, priuationis dignitatum, & be-
neficiorum, neconon inhabilitatis ad illa, & alia in posterum
obtinenda omnes, & quacunque persona Ecclesiastica, &
facultates, ac etiam ordinum quorumcumque etiam mendici-
cium regulares, qui praetextu licentiatu ab Episcopo,
vel à superioribus (quibus illas concedendi in cassibus necessi-
taris tantum ex decreto Concilij Tridenti facultas tribuitur)
monasteria monialium pro libito, & non necessitatibus vir-
genibus dumtaxat ingrediuntur. Moniales vero prælumen-
tes supradictos admittere cisternam penis affecti. Quia fun-
datoris noranda, qui passim contingere possunt. Vnde si praetextu
facultatis ab Episcopo, vel superiore concessa etiam ex
legitima causa, monialium monasteria ingrediari ex causa
deficiente, supradicti penis afficeris, qui iam ingredieris
vltra necessitatem virginitem praetextu facultatis concessa
si. Suarez tom.5. de censor. disp.2. sett.6. num.14. concil. lib.6.
sum. cap.16. n.90. Neque ha' poterit limitandæ sunt ad ingre-
dientes praetextu facultatis ab Episcopo, vel superiori con-
cessa tempore Greg. & non ad ingredientes praetextu facul-
tatis postmodum concedenda. Quia Greg. nullum fundamen-
tum præbuit huius limitationis, sed potius significauit &
façultatem conceperis, & concedendam comprehendit; siquidem
generaliter dixit: Ne praetextu licentiatum ab Episco-
po, &c. neque ibi canit facultatem renovauit, sicut renovauit
à Sede Apostolica concessam. Sanchez. dict. cap.16. n.76.

3. sub nomine monialium, quibus interdictu sub praedictis penit excommunicationis, priuationis, & inhabilitatis, ne sic ingredientes admittantur, non solum moniales subdit, sed praeceps praelatae, & quibus regimen, & cura monasteriorum inquit, intelliguntur. Quia quando materia prohibitorum aquae subditis, & praelatis aptatur, sub nomine monachi, & monialis Abbas, & Abbatissae veniunt. Idemque est, quanto materia bonum religionis, salutemque anima concernit; vt multis exornat Sanchez lib.6. cap.16. n.51. Sed admirere ingredientes aquae Abbatissae, ac Prioriss aptatur, ac reliquis subditis, immo efficacius. Ex alia parte haec lex bonum religionis, salutemque spiritualem monialium concerniri. Ergo sub illa Abbatissae, & Priorissa comprehenduntur. Deinde nemini alteri ab Abbatissae, & Priorissa competere potest pena priuationis dignitatis, & officiorum ergo ex illius

impositione non leue argumentum desumitur voluntate Pontificem Priorissas, & Abbatissas comprehendere: sic docuit Sanch. dicto cap. 16. num. 91.

4. Quid autem nomine dignitaris, & officiorum, quibus
scilicet ingredientes proutantur, & inhabentibus sunt, & an haec prouta-
rio, & inhabilitas iudicis sententiam requiriat; Qui-ve dicantur
ingredientes admittere, ut supradictis penitus subiiciantur
superiori pun. explicatum est.

5. Insuper Greg. XIII. in alia bullâ incipiente. *Dubius, qui emergunt, edita 23. Decemb. anno 1581.* varas passus indicat praelatis tam sacularibus, quam regularibus, quae potestebat sibi à iure attributa monialium monasteria ingrediendi videntur extra causas necessitatis, & à paucis illisq[ue] tenoribus, & religiosis personis comitati. Quid si extra causas necessitatis ingrediantur, qui pontificalis dignitatis primâ vice Ecclesiastis ingressu intercedunt, pro se cunda à munere Pontificis & à diuinis suspendantur. Deinceps excommunicationi subiciantur. Regularis vero à prima vice omni officio, & a ministris p[ro]riis priuantur, eisdemque excommunicatioliub[et] faciuntur.

P V N G T V M II.

Qualiter accessus ad monialium monasteria sit
prohibitus, &c sub qua pena?

S V M M A R I V M_s

- 1 Expenduntur textua in cap. monasteria de vita, & hominibus, clericis, & cap. periculis, de statu Monach. in 6.
 - 2 Qui accessum in dictis decreto prohibeantur, & qui sit quantia.
 - 3 Sub predicto accessu non venit missio litterarum.
 - 4 Quidam religiosis, cunctis que Romanus prohibitum est monialibus litteras mittere.
 - 5 Sub his prohibitione non comprehenditur missio litterarum, quia ad manus monialium non perueniunt.
 - 6 Sub obligatione mortali prohibiri potest, & de facto prohibetur, quoies imponitur excommunicatio.
 - 7 Per se feliciter circumstantis accessum prohibitum non est.
 - 8 Speciales circumstantie extrinsecus sapa est peccatum mortale. Et quando contingit.
 - 9 Quid dicendum de frequensia.

Tota difficultas huius puncti versata est in explicatione
Textus in cap. monasteria de vita, & beneficis clericis &
cap. periculoso de statu Monach. in 6. Nam in cap. monasteria
expresse Alexand. III. intendens frequenter accessum ad
monialium monasteria removere, dixit: Monasteria monialium
si quicquam clericis sine manefcta, & notabili causa
frequenter presumperit, per Episcopum arectus, & si non
desisterit, ab officio Ecclesiastico reddatur immunitus, si laici
excommunicationi subdantur, & a cetero fidelium sunt penit-
tus alieni. At Bonif. V. in dicto cap. periculoso non solum
frequenter accessum, sed accessum ad dicta monasteria inter-
dixit tam viris, quam feminis, ibi: Nullique aliquatenus in-
honestae personæ, neque etiam honestæ, nisi rationabilis,
& manifesta causa existat, ac ab illis ad quem percutitur ipsi-
ciali licentia ingredi, & accessus pateat ad eadem monialia.
Ex quibus textibus constat non eodem tenore Alexand. III.
& Bonifac. VIII. processisse. Nam Alex. III. solum frequentiam
vitorum prohibuit; Bonifac. cuiuslibet personæ fuit viri
feminae accessum interdictus. It. c. Alex. post monitione ab Epis-
copo facta cointinuerunt clericis à frequencia non defensibus,
suspensionem ab officio iacisis excommunicationem non quidem
ipso iure latam, sed ab Episcopo imponendam. At Bonif.
nullam penam sue constitutiois transfeſſoribus delegauit.

Circa hac decreta duplex venit enodanda difficultas. Prima; qui accessus, & frequentia his decretis prohibeantur? Secunda sub qua obligatione, mortali, an veniali?

2. Quod primam difficultatem actinet, acculus probin-
tus in dicto cap. periculoso est aditus ad monialium monasteria
gratia videndi , seu colloquendi cum monialibus, nam si ex
causa aliqua illuc accedas, sub dicta prohibitione non compre-
henderis: sic Nauar. cap. 4. n. 61. de Regularib. vers. 7. Man.
tom. 1. q. regul. q. 45. art. 2. Sanchez. lib. 6. sum. c. 10. n. 111. San-
ctus tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 24. Frequentem vice accep-
sum sentit Gloriosa in dict. cap. monasteria induc doctos affi-
bus, cui fauere Abbas n. y. ibi questionem indecimam relinquent,
Colmas in pragmat. ad cap. frequens q. quapropter. fol. 54. Steph.
Gratian. discept. foren. cap. 193. n. 18. Sed rectius alij oppotuum
sentienti: si enim inter vnum , & aliud accusum , longum
tempus interponatur nulla ratione dici posset frequentem
accussum habere. Quapropter ex communii modo loquendi
haec quasit decidenda est , & prudentis arbitrio relinquend-
a: sic docuit Nauar. com. 4. de Regularib. num. 61. Man.
Rodrig. tom. 1. quasi. regul. q. 45. art. 4. Sanchez post alios anti-
quiore,

quiores. li.6. summ. c.16.n.110. Suar. t.4. de relig. tract. 8.lib.1.c.10.
n.2. Barbola allegat. 102. n.70. Vnde Nauarr. & Man. supra existimant non esse frequentiam, si singulis annis tribus, vel quatuor vicibus accedentes, bene tamen si tribus diebus continuis. Llamas in methodo curat. in append. §. 4. strictius ex parte loquitur, affirmans frequentiam constituit, si duabus vicibus vna die, vel duobus diebus continuis ad monasteria accedas, fecus si vno mense duabus vicibus Sanch. vero existimat ex unico accessu singulis mensibus anni, vel ex accessu tribus diebus continuis fieri frequentiam. Et placet arbitrium Sanch. si per annum integrum repetitio accessus singulis mensibus fiat.

3. Sed dubium est: an sub praedicto accessu missio litterarum comprehendatur? Ratio dubitandi est: quia his decretis non tam accessus materialis corporum, quam formalis mentis prohibetur, cum igitur missione litterarum mente, & animo ad moniale accedas, & cum illa colloquaris, sub dicta prohibitione accessus comprehendens. Et confirmari potest ex cap. clericus 81. digest. vbi sub eiusdem penitus prohibetur clericiis sectata per domesticos matronae mandare, sub quibus est prohibitus accessus ad eius domicilium. Nihilominus pro certo tenendum est, sub accessu missionem litterarum non venire: neque enim cum aliqui litteras mittis, propriè dicens ad illum accedere, seu accessus in sua propria significatio sumptus, est aditus, seu appropinquatio, in legibus, & praecipiti non sunt verba impropianda præcipua ad effectum extendendi probationem: ergo nulla ratione missio litterarum sub prohibitione accessus comprehendi debet; & ita sustine Suar. t.4. de relig. tract. 8.lib.1.c.10. fine, n.28. Barbola 3. part. de pof. Episc. alleg. 102.num.80. & colligitur ex Nauarr. com. 4. de Regul. num. 61.

4. Verum esti hoc ita sit, Gregor. XIII. prout refert Nau. conf. 60. de sent. excommunicati, alia 5. præcepit quibdam regulis sub excommunicatione laxa sententia, ne feribent monialibus sui Ordinis. Et Romæ est decretum à Vicario Pontificis promulgatum te codem Nauarr. comm. 4. de Regular. n.61. ne quis vir, vel femina nocte, aut die loquatur, vel scribat alicui moniali, vel Praelato, vel pueris in monasterio quacunquam de causa inclusus, abique Vicarii Pontificis, aut Protectoris ordinis licentia, sub pena quingentorum aureorum, & alis arbitriis exceptis deferuntur eleemosynas aut opera manuum ab eis facienda, qui solam Abbatissam, aut eius vicariam alloqui poterunt. Quod decretum, ut bene adiutet ipse Nauarr. quem sequitur Man. Rodig. tom. 1. quæst. regal. quæst. 45. art. 3. Sanch. lib. 6. summ. cap. 16. num. 116. extra dictione Romanam non extenditur. Tum quia factum est à Vicario Pontificis cuius iurisdictio extra Romanam curiam non extendit. Tum quia licentia eius, aut Protectoris Romæ commissaria expostulatur.

5. Sed inquietus, an si religio illi, vel Romani ciues epistolam mitterent moniali, que tamen ad eius manus non pervenit, incident, in excommunicationem, & penas supradictis decretis contentas? Videatur incidere: quia præstat opus, cui annexa sunt: opus namque est scribere monialibus, quod certè præstati non paret, qui scriptum montales recipiant. Sed verius est oppositum, ut optime probat Nauar. conf. 60. alia 19. de sentent. excommunicati, quem sequuntur Man. Rodig. tom. 1. quæst. regal. quæst. 45. art. 3. Sanchez lib. 6. summ. 1.6. n.117. Barbola allegat. 102. n.77. Ratio ea etiops Pontifex prohibens, monialibus scribas, non prohiberi scripturam vtcumque, sed scriperant, qua cum monialibus fiat communicatio; quia in illa communicatione datur ipsi occasio inquietudinis, & forè turpidinis, quod periculum intendit Pontifex ea probatione removere. At dum scriptura ad manus moniali non peruenit, neque ab ea legitur, nulla cum illa est communicatio, neque villa occasio peccandi tribuitur. Ergo non est opus, cui sunt annexæ penæ, atque adeo ex illo præcisè non contrahuntur.

6. Grauor el secunda questione, sub qua obligatione mortali, an veniali accessus, & frequentia prohibentur? Videtur enim sub obligatione mortali prohiberi tam accessus, quam frequentia. Nam in cap. periculoso à Tridentin. & Pio V. renovato sub istem verbis prohibetur accessus, & ingressus; sed ingressus prohibetur sub mortali, ergo & accessus. Item in cap. monasteria prohibetur frequentia, sub communicatione excommunicationis, & aliarum grauiorum penarum, quod inique fieret, si frequentia non esset delictum, dignum omnibus illis penis. Dicendum igitur est non solum frequentiam, sed accessum rursum sine licentia prælati prohiberi posse sub obligatione mortali, & sic prohiberi quoties sub excommunicatione ipso facto incurrienda prohibetur. Quia excommunicatione nunquam imponitur nisi ob peccatum mortale. Neque hoc peccatum impeditur ex eo quo in uno, vel in altero casu nulla admittit inconvenientia; quia scatis est, quod frequenter adfis; quippe horum frequens periculum praetendi legislator sua probatione removere: sic Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 27.

7. Sed an de facto accessus per se prohibitus sit seclusis circumstantiæ extrinsecis, mihi dubium est. Probabilius existimorum Sua. dicto cap. 10. num. 26. per se prohibitor non esse. Nam prohibitor facta in cap. periculoso tam de accessu, quam ingressu consuetudine fuit abrogata, teste Nauarr. comm. 4. de Regular. num. 61. Man. Rodig. tom. 1. qæst. regul. q. 45. art. 4. Suar. dicto cap. 10. num. 27. At nec Trident. dectero, neque villa alia Pontificia constitutione est illa prohibitor accessus reuocata. Nam Trident. isto initio decreti dixerit se renouare constitutionem Bonifac. VIII. at cum renouationem subiungit, solum meminit egressus, & ingressus nulla de accessu mentione facta. Plus vero V. esti in constitutione incipientie circa pastoralia officia. Dixerit se approbare, & innovare in omnibus & per omnia constitutionem Bonifac. illamque districte obseruari mandet, non inde inferatur renouare prohibitionem accessus: quia nec verbum ullam fecit de accessu, & illa generalia verba iuxta subiectam materiam accipienda sunt. Cum igitur in illa constitutione solum de monialium clausuris loquatur, immo non de omni clausura, sed de clausura quadam egressum, illa verba in omnibus: & per omnia eum sensum habent, se renouare constitutionem Bonifac. prohibentem monialibus egressum in omnibus, & per omnia, quæ hanc prohibitionem concernunt. Extra haec decreta nullum aliud esse videtur, quo accessus prohibitus existat. Nam Texus in cap. in decima, & cap. digestus, & alij qui referuntur 18. quæst. 2. præceptiva verba non continent. Eigo per se seculis circumstantiæ non est peccatum, quia per se peccatum esse non potest, nisi stante iuri positivæ prohibitione.

Solum mihi difficultatem ingreditur decretum sanctæ Congregationis editum Nonis Maij anno 1590. cuius meminit Sordus in compend. mendicant. verbo, Ingredi monasteria. Quarranta in summ. Bullar. verbo, monasteria monialium pag. 45. n. 16. noui. Sanch. lib. 6. summ. cap. 16. n. 115. Barbola allegat. 102. num. 72. Hoc enim dectero prohibet Cardinalium congregatio omnibus religiosis superiori monialium, & confessorio ordinario, & extraordinario cum ad tempus deputatur exceptis ne abique expressa eiusdem Congregationis licentia accedant ad monialium cenobia, sive iuri, sive alieni ordinis, nec ipsas moniales alloquanzur, nec alias personas intra claustram existentes, & confessarii similiter interdixit, ne in aliis monasteriis, vel eius contiguis pernoctent, aut alios pernoctare faciant, neve ibi comedant, bibant, reficiantur, aut cibum sumant excepto, confessore sub pena priuationis officiorum, & vocis ait, ac passim ipsa facta incurrenda. Sed hoc dectero dubio pro monasteriis totius orbis fuisse prolatum, sed ad summum pro monasteriis Rome existentibus: quia durissimum est quilibet religiosum obligari licentiam petere a faceta Congregatione, ut ad monialium monasteria accederet, possetque cum monialibus, vel secularibus ibi existentibus loqui. Deinde dubito, an sit factum promulgatum, denique an sit latis receptum.

8. Verum esti hoc accessus ad monialium monasteria per se prohibitus non sit, nec peccatum. A speccatis circumstantiæ extrinsecis sapientiæ grauem culpam constituit, nam si præua intentione accessus, cum si periculum lapsum habes, vel moniali alloquende iniicias, cum si aliis scandalum es, & occasio finitram de monasterio opinionem habendis. Quæ omnia maximè procedunt, si accessus ad colloquendum fuitius sit, hoc est abique licentia Abbatissæ, seu superioris: hic enim aptior est ad finitram suspicionem generandam. At ea suspicione, & periculo cessante accessus graue peccatum non erit. Neque obstat accessus ad colloquendum cum virginem sub cura parentum existente sive voluntate parentis esse graue peccatum, ob ius paternum violatum: ut inde inferas, quælibet locutionem sine licentia Abbatissæ graue peccatum esse, quia in priore locutione frequentius pericula imminent libertatem, quam puella habet eligendi statum, & de suo corpore disponendi, quæ tamen celiunt in moniali, utpote professione, & monasteria clausura custodiata. Addit non quilibet accessum ad colloquendum cum virginem sub cura parentis existente constitutæ graue peccatum, sed illum tantum qui esset contra parentis expremis mandatum, vel ex quo si sita fulpicio generari posset; illum tamen accessum futurum credenti esse peccatum mortale, qui esset ad colloquendum cum moniali per loca secreta, & inuisitata, quia natum est grauem suspicionem, & scandalum generare sic Suar. com. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 27.

9. Quoad frequentiam attinet, spectandæ sunt supradictæ circumstantiæ, scandali, finitram suspicionis, & periculi, quia in frequentia facilis aderunt: ideoque frequentem colloquitionem adolescentiis cum moniali raro à mortali excusat. Posito autem, quod illæ circumstantiae celiunt, satius probabile existimo, solam esse culpam venialem, nisi adesser superioris monitione præceptiu. Mocor, quia non videtur res grauia. Neque obstat Texus in dicto cap. monasteria grauia penas indicens, qui confundens non est confusione reuocatus. Quia illæ penæ statuta non sunt aduersus frequentantes

tantes absoluunt, sed aduersus frequentantes, postquam a superiori monitione praecipuum correcti fuerint, ut constat ex illis verbis textus, per Episcopum arcatur, id est, per Episcopum monitione corrigitur, ut explicit Cardinal. & Ioan. And. ibi. Quibus innuit Pontifex ante monitionem Episcopi frequentiam dignam non esse illis penitus: sic Navarr. summ. c. 25. n. 10. Sanc. li. 6. sum. c. 16. n. 120. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. li. 1. c. 10. n. 25. in fine.

P V N C T V M X I I .

Qui actus iudiciales, & qualiter religiosis interdicuntur.

Ad iudicium spectat officium iudicis, actoris, rei, procuratoris, aducati, tabellionis, & testis: singula parcurrentia sunt, ut inde constet, qui actus iudiciales, & qualiter religiosis interdicti.

S. I.

Qualiter officium iudicis, & assessoris interdicatur religiosis.

1. Nequius religiosus esse index absque vilitate monasterij, & licentia praelati.
2. Quilibet qui vere superior est hanc licentiam concedere potest.
3. Prater licentiam adesse debet vilitas monasterij saltu in directa.
4. Religiosus Franciscanus dicta licentia concedi non potest.
5. Possunt religiosi Franciscani excepti esse vicarii Episcoporum.
6. Item iudices arbitrii.
7. Item iudices assessores.
8. Item iudices delegati Episcoporum, at Pontificis, vel eius legati sibi praelati.
9. Qui possunt esse iudices conseruatores.

Religiosus forensis, & Ecclesiastici negotij index esse non potest, nisi licentia sui praelati, & vilitate monasterij interveniente: sic expressè dicitur cap. 2. Monachis. el. 2. ex Concil. Tarraconen. 16. quæst. 1. ibi: nullus monachorum forensis negoti sive elector, vel executor existat, nisi quod monasterij exposeit vilitas Abbat. sibi nihilominus impetrante Cononat. cap. ex parte de postulando, ibi, forensis, vel Ecclesiastici negotij. At ex omnibus qui ad iudicium concurrent, nullus tamen forensis elector est, ac index. Ergo religiosus index esse non potest: sic tradunt in dicto cap. ex parte Hosties. Ioan. And. Abbas, Anton. Cardin. Ancharen. quo sequitur Sanc. li. 6. sum. c. 12. n. 55. & 85. Ratio huius prohibitionis est quia statutum religiosum iudiciale dedit, quippe que auocante mentem ab spiritualibus exercitiis, quibus religiosus vacare debet. Concessa vero licentia praelati, & vilitate monasterij interveniente reparatur distractio, quae ex supradicta occupatione prouentre religioso potest.

2. Hanc licentiam concedere potest non solum Generalis prelates, & provincialis, sed localis, quia vere est superior, & textus supradicti solam Abbatem qui solet esse superior locatis, licentiam expostulare: sic alii relatis docet Sanc. lib. 6. sum. c. 11. n. 8. Excipe tamen, nisi generalis superior, vel provincialis sibi cum facultatem referens, ut in Societate Iesu 6. p. constitut. cap. 3. & 7. in declarat. lit. D. Preposito Generali referenda est: ac proinde nullus superior, qui ab eo potestare non accepit, nec dare priuato religioso facultatem iudicandi, nec sibi sumere potest.

3. Ultra licentiam adesse debet vilitas monasterij quæ sufficit indicata: qualis est, si monasterio prudenter iudicetur grauerit expedire annuere voluntati concedentis facultatem iudicandi, vel partes iudicandas gratias habete ex tali iudicio: si enim pro sola vilitate directe monasterij considente in propriis rebus, & iuribus petendis vel defendendis officium iudicis suscipi posset, non tam ex vilitate, quam necessitate sufficietur: cum necessarium, & obligatorium sit religiosis iura sua defendere, & in iudicio petere, quando alia via haberi, vel confermari non possunt: vt probat textus in cap. 1. & fin. de postulando. Ergo vilitas indirecta sufficit ad hoc officium exercendum: sic Abbas dicto cap. ex parte de Postulando, Navarr. comm. 2. de Regular. n. 66. Salzedo præf. ca. 63 post princ. Sanch. alios referens lib. 6. cap. 13. n. 17. Laym. lib. 4. Jum. tract. 5. cap. 11. num. 2.

4. A supradicta regula, & doctrina excipiuntur religiosi Franciscani, quibus ob eorum speciale institutum prohibita est qualibet in iure assistitia vii constat ex Clem. ex iuri de pa-

radiso de corvorum signis post medium ibi: Nullo modo debet hitulmodi voti voti, & reguli professores se talibus curis & religiosis actibus immiscere: & paulo inferius: cum dicti & nisi professores pro nulla te temporali possint in iudicio experiri. Quapropter nec superioris licentia, & vilitate conuentu accedente officium iudicis hi religiosi valent fulciperi. & tradit Sanc. li. 6. c. 13. n. 11. 65. 66. 81. 94. & alibi.

Hinc deducitur, quolibet Religiosos (exceptis Franciscanis) esse possile vicarios Episcopi ex licentia suorum prælatorum: quia in eo officio sumendo vilitas monasterij cernuntur non levius, qualis est Episcopum habere proprium: & ita tener Nauarr. com. 2. de Regularib. ad finem, v. 1. addita 15. & comm. 4. n. 15. & lib. 3. conf. 1. it. de Regularib. conf. 67. alia 74. n. 1. Man. Rodi. t. 1. quæst. Regularium q. 16. art. v. 1. Sanc. lib. 7. sum. c. 13. n. 88. Barbol. alleg. 54. n. 11. & alij plures apud ipsos. Quod illimitandum est, ne procedat in Religiosis mendicantibus transiuncibus ad non mendicantes, nam iij ab hoc officio excluduntur. Argumentum sexus in Clement. 1. §. ad prioriam de Regul. Sanc. dicto 6. 13. n. 88.

6. Secundum deducitur, quemlibet Religiosum (exceptis Franciscanis) eligi posse in iudicem arbitrum, accedente tamen licentia Praelati, & monasterij vilitate, secus è contraquia est quia iudex ex consilio partium iurisdictione accepta: sic pluribus firmat Sanc. lib. 6. sum. c. 13. n. 55. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. c. 11. n. 6. Arbitrator tamen non potest etiam Franciscanus ex licentia Praelati; tametsi nulla specialis monasterij cernatur vilitatis quia in artibus extra iudicibus, quale est officium arbitratoris nulli expostulatur, sed sufficiens generalis vilitas exercendi pictet: sic Sanc. & Layman. p. 1. Dicte etiam Franciscanis, quia haec compotio, & diffidencium conciliatorio, cum sit ab aliis iudicis strepitu alienum est à Franciscano instituto, ut bene alius relatis firmat Sanc. dicto 6. 13. n. 66. Different autem arbitri, & arbitrator, quod ille confititur a patribus, ut secundum iuris ordinem procedat: Arbitrator vero, ut procedat tanquam amicabilis compositior. Quapropter hic potest pro bono pacis de iure viuis alteri applicare, secus arbitri colligunt ex leg. si Scientiam §. arbitrorum ff. pro focio & leg. regia 23. tit. 4. pars. 3. & tradunt omnes.

7. Terterum deducitur Religiosum quemlibet (Franciscano excepto) quia posse iudicis assessorem ex licentia Praelati, & vilitate monasterij interveniente, quia vere est spectus iudicium. Nam esto assessor iurisdictione non habeat, neque sententiam ferat: ordinat tamen illam, illique subscribit, & fixta illius subscriptum iudex procedit. Adde ergo debet licentia Praelati, & vilitas monasterij Sanc. lib. sum. c. 13. n. 83.

8. Quartum deducitur, quid dicendum de iudice delegato. Et quidem si sit delegatus ab Episcopo, vel alicui extra Pontificem, eiusque legatum, poterit esse quilibet Religiosus franciscanus excepto) stante Praelati licentia, & vilitate monasterij: quia nullus est prohibitum, secus aliquam ex his conditionibus deficientibus quia vero est index, iudiciumque exercitatio alii relatis Sanc. lib. 6. sum. cap. 13. n. 77. delegatus Pontificis, vel eius legati solus superior, qui dignitatem cum administratione habet, est potest, qualis est qui in eo Comentum nullum alium superiore habet: sic deciditur in cap. statuum de re script. in 6. & in Clement. 2. in fine de re script. Neque in hac delegatione assumenda indiget superior alterius superioris licentia iure communis spectato: quia vere est superior, neque item alia proprii monasterij vilitate ab ea, quae relata ex acceptatione Pontificis re scripti, quae est gratum habet Pontificis eius re scripta exequendo: sic Gloss. in Clement. 2. de re script. verbo per electionem, Abbas, Cardinal. Ancharen. & Inno. lib. 6. Sylvest. verbo delegatus 1. 2. num. 1. & verbo deleg. 6. quæst. 1. n. 1. Sanc. lib. 6. sum. cap. 13. n. 78. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. c. 11. n. 7.

9. Quintum deducitur, quid dicendum sit de iudice conseruatori, quia a Pontifice designatur pro defensione misericordium personarum, puta viduarum, pupillorum, senum, decapitiorum, & Religiosorum? Respondeo, statu quo iure communium nullum Religiosum esse posse, qui dignitatem in Ecclesia Cathedrali habeat: quia ita cauerit in cap. ultim. de officio deleg. lib. 6. limitans textum in dicto cap. statuum: illo enim cap. statutum conseruatori esse non posse, nisi Episcopos, aut eorum superiores, vel Abates, seu dignitatis, vel personas in Ecclesiis Cathedralibus, seu collegiis obrimentis: sic Man. Rodrig. t. 1. quæst. regularium q. 65. art. 2. Mirand. Manual. Prael. tom. 2. q. 47. art. 2. Molin. tom. 6. de inst. dij. p. 2. num. 3. Barbol. alleg. 106. n. 8. Dixi spectare iure communiam si specialia priuilegia Societatis Iesu spectentur, quilibet superior regularis eligi potest in iudicem conseruatori, ut constat ex Bulla Gregor. XIII. edita anno 1572. cuius memini Man. Rodrig. t. 1. quæst. Regul. q. 65. art. 3. Sanc. lib. 6. sum. cap. 13. n. 79. Sed quidquid sit de his priuilegiis, & de decisione cap. fin. de officio delegati in 6. standum est constitutione Clem. VIII. edita anno 1592. & constitutione Gregor. X. V. edita